



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Judiciis Ecclesiasticis Ad Germaniæ Catholicæ  
Principia Et Usum**

De iudiciis criminalibus

**Zech, Franz Xaver**

**Ingolstadii [u.a.], 1766**

Titulus II. De modo pertrahendi Crimina in Judicium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68185)

ne veniam merentur partes litigantes, si eas patientia deserat, quando cum maximo suo præjudicio deprehendunt Judicem, ultra officii sui limites alteri parti nimis deditum.

TITULUS II.  
DE MODO PERTRAHENDI  
CRIMINA IN JUDICIUM.

*Conf. Decretal. Lib. V. Tit. I. § 2.  
In Sext. Tit. I.*

§. 24.

SICUT negotia Civilia constituunt *Crimina* materiam Judicii Civilis, ita *Cri-* pertra-  
mina sunt materia Judicii Criminalis: *huntur in*  
sub hac consideratione plenius infra *Judi-*  
de iis agetur. Nunc ad explicandam *cium*  
formam Judicii Criminalis, oportet  
recensere modos, quibus crimina in  
Judicium deducuntur. Jam insinua-  
vimus, occasione criminis sæpe agi  
Judicio Civili ad resarciendum dam-  
num, interesse, recuperandam rem  
suam &c. quæ tractatio non est hu-  
jus loci.

§. 25. Crimen, pro quo criminali- *Per Ac-*  
ter ad publicam vindictam agi potest, *cusatio*  
& de quo nobis proprie sermo est, *nem*  
de-

defertur ad Judicem inprimis per *Accusationem*, quo nomine intelligitur Criminis alicujus apud Judicem competentem, vindictæ publicæ causa, inscriptione interveniente, legitime facta delatio. Accusans tenetur in libello se inscribere ad pœnam talionis 53.), id est, se obligare, si non probaverit, ad eandem pœnam, quam Reus deberet pati, si probasset Accusator. Hodie ejusmodi Accusationes publicæ a privatis non fiunt, & in multis locis sunt prohibitæ: sed Procurator Fisci ad id publico stipendio constitutus crimina persequitur, cui inscriptionis vinculum, & talionis periculum remittitur.

Per Denuntiationem voluntariam,

§. 26. Alter modus Crimen ad Judicem deferendi, est *Denuntiatio* 54.), &

53.) C. 16. de Accusat. Etiam S. DAMASUS Pontifex pœnam talionis constituit iis, qui alterum falsi criminis accusassent, prout legitur in Horis Canonicis pro festo S. DAMASI die II. Decemb. Lect. VI.

54.) D. BANNIZA de Process. Crim. c. 3. §. I. cum CARZOVIO & BÖHMERO censet, Denuntiationem non esse statuendam tanquam tertiam speciem; nos loquimur cum Pontifice in C. 24. De Accusat. & C. 31. de Simon. ac cum

*De modo pertrahendi &c. 29*

& quidem pro foro Canonico, non illa Evangelica & fraterna, qua crimen denuntiatur Superiori Ecclesiastico tanquam Patri; sed Judicialis, qua Crimen defertur ad superiorem Ecclesiasticum qua Judicem, ut post præviam correctionem paternam, judicialiter contra reum procedat, & condigne puniat. Si autem facta secreta admonitione & correctione paterna, subditus se emendaverit, Prælatu Ecclesiastico, præsertim Regularis, non debet amplius de ejus causa ut Judex cognoscere. Denuntiatio judicialis tam in foro Civili, quam Canonico, intendit salutem & tranquillitatem publicam, ut pro hac conservanda crimen plectatur, & in posterum impediatur. Fit hæc denuntiatio vel ab iis, qui ex officio ad id tenentur, vel etiam a quocunque alio privato.

§. 27. Mens denuntiantis non est, *Vel ex* se offerre ad plenam probationem; *officio:* sed viam sternit ad Inquisitionem ex officio a Judice instituendam, cujus est, antequam denuntiationem accipet,

---

*ipfa Rubrica de Accusationibus, Inquisitionibus & Denuntiationibus, ne demum ad quæstionem nominis delabamur.*

tet, diligenter introspicere, ac animadvertere personæ denuntiantis qualitatem, mores aliasque circumstantias, ne cui temere odiosam molestiam pariat, ac frustra in graves expensas inducat. Denuntians non tenetur quidem ad inscribendum: nihilominus si quis non ex necessitate officii, sed sponte & voluntarie aliquem Judici super certo crimine denuntiauerit, & facta informatione reperiaturo falso & calumniose denuntiasse, poterit denuntiator condemnari in expensas, & pœnam fiscalem. Igitur Delator voluntarius debet esse certus de crimine commisso, & præbere Judici indicia ad Inquisitionem specialem sufficientia. Qui autem denuntiant ex officio, habent præsumptionem bonæ fidei pro se, possuntque ea deferre, quæ verisimilia audiverunt, ut saltem locus sit Inquisitioni generali: unde contra hos non competit actio injuriarum, nisi evidens & manifesta deprehendatur calumnia 55.). Scripta vel Epistolæ sine nomine,

---

55.) Exemplum punitæ Denuntiationis criminalis legi potest apud CRAMERUM Nebenstunden p. 43. art. 5. Negatæ au-

*De modo pertrahendi &c.* 31

mine, quibus Judici crimen alterius manifestatur, non habent vim legitimæ Denuntiationis, sed potius sapiunt famosum libellum (6.), nisi fama, aut aliæ circumstantiæ verosimile crimen faciant. Denuntiatio judicialis debet fieri coram Judice competente: fit enim eo animo, ut Judex ex officio in crimina delata inquireat, & ordine juris animadvertat; quæ locum solummodo habent in foro competente; unde etiam exceptio incompetentiæ opponi potest Judici superiori, si minor ordinarius præteritus est.

§. 28. In defectu legitimi Accusa- *Per In-*  
toris, ne crimina maneant impunita, *quisitio-*  
Judex via *Inquisitionis* contra crimino- *nem*  
sos procedit a se ipso, sive ex officio.  
Unde cum aliqui Canonici Ecclesiæ  
Bisuntinæ de Archiepiscopo suo varia  
crimina ad Sedem Apostolicam detu-  
lissent, sed ante inscriptionem ab Ac-  
cusatione destitissent; Pontifex INNO-  
CENTIUS III. illis quidem silentium im-  
posuit,

---

tem actionis contra denuntiantem ex  
officio, apud MEVIUM p. I. decis. 41. 42.  
65.) C. 21. §. Tertiæ, de Accusat.

*Specia-  
lem:*

posuit, aliis tamen Inquisitionem de fama Archiepiscopi commisit 57.).

§. 29. Non intelligimus hoc loco Inquisitionem *generalissimam*, ubi tantum inquiritur, an nihil occurrat emendatione dignum, prout contingit in visitatione Dioecesium, aut Monasteriorum: neque etiam de *generali* aut *mixta*, ubi super certo quidem delicto, at non in personam certam indagatur. Proprie huc pertinet Inquisitio *specialis*, quando inquiritur super determinato delicto, & super persona determinata, ut: an Cajus commiserit Simoniam, an Titius occiderit Sejum. Ad hanc Inquisitionem instituendam prævia requiritur Accusatio vel Denuntiatio, aut aliquid Denuntiationi æquivalens, scilicet fama, indicia verosimilia & probata &c., quæ vicem agunt Denuntiatoris vel Accusatoris. Proin Superiori muneri suo satisfactorius, in corrigendis, & puniendis excessibus subditorum, non expectat formalem Accusationem, vel Denuntiationem, sed *quasi denuntiante fama, vel deferente clamore*.

---

57.) Epistol. INNOCENTII III. lib. I. epist. 277.  
ex qua desumptum est C. 14. de Accusat.

*De modo pertrahendi &c. 33*

*clamore, officii sui debitum exequatur 58.)*. Pro tali autem casu Inquisitio non debet fieri de occultis vel levibus defectibus ; sed de gravioribus & publicis Delictis , quorum quis laborat infamia.

§. 30. Ultra dictos modos Crimi-*Per Ex-*  
na quandoque proponuntur per *Exceptio-*  
*ceptionem, vel contra Accusatorem, quan-*  
*nem :*  
do accusatus contra ipsum excipit, opponendo crimen, ob quod repellendus sit ab Accusatione ; vel *contra Testem*, ad enervandum ipsius testimonium ; vel *contra promovendum ad Beneficia, seu officia*, ut excludatur ab iis obtinendis. Exceptio contra Accusatorem vel Testem, non habet vim Accusationis ; permittitur enim Accusato quocunque modo se defendere, & *ignoscendum est ei, si voluit se ulcisci provocatus 59.)*, & ideo si defecerit in probatione, nullam patitur poenam. Debet autem Accusator vel Testis prius repellere exceptionem, dein prosequi accusationem, vel testimonium dicere. Hunc

C. ordi-

---

58.) C. 24. de Accusat.

59.) L. 14. §. 6. ff. de bonis libert.

*De Jud. Crim.*



ordinem Judicii insinuat GREGORIUS Nazianzenus 60.), scribens, se juxta legem fori prius Eustochio ad ea, quæ ob- jicit, responsurum, postea autem accusa- turum. Facta autem probatione cri- minis per Exceptionem oppositi, Ac- cusator vel Testis rejicitur ab accu- satione vel testimonio dicendo, non tamen alia pœna afficitur, nisi alio legi- timo modo crimen in Judicium dedu- catur. Qui excipit contra promovendum, si id fiat ante confirmationem electi, vel admissionem provisi aut præsen- tati, non censetur se obligare ad plenam probationem, vel ad pœnam si deficiat, quia tali casu non dejicit a beneficio, licet impediatur: qui au- tem crimen opponit post confirma- tionem vel collationem Beneficii, vi- detur agere accusatorem, vultque promotum dejicere. Licet igitur non teneatur inscribere, potest tamen ar- bitrio Judicis cogi ad pœnam extra- or-

---

60.) Epist. 61. singularem gratiam habent verba græca: ἵνα δε νομον φυλαξω δικασικον, απολογησομαι προτερον, εἴτα κατηγορησω.

*De modo pertrahendi &c. 35*

ordinariam, si defecerit in probatione 61.).

§. 31. Præterea Crimen fit notum *Per pro-*  
Judici per propriam *Confessionem*, *priam*  
quando pars accusans vel testis in- *Confes-*  
cidentally confitetur, se aliquod Cri- *sionem*;  
men commisisse. Licet autem ex hu-  
jusmodi confessione puniri non pos-  
sit, Judex tamen ex ea sumit occa-  
sionem inquirendi, & formandi Pro-  
cessum super illa confessione: in quo  
si omnia ad Processum criminalem  
necessaria observentur, potest de-  
veniri ad condemnationem.

§ 32. Denique trahitur Crimen ad *Per de-*  
Judicem, quando quis per Ministros *preben-*  
Curia, vel per alios *deprehenditur in sionem in*  
flagranti crimine, seu in ipso actu *flagran-*  
delinquendi: talis enim nulla præ- *ti.*  
cedente Denuntiatione, Inquisitione,  
vel Accusatione capitur, & Judici  
præsentatur. Unde etiam Clericus  
in flagrante deprehensus, potest a  
Laico detineri, & ad Judicem Eccle-  
siasticum duci, contra quem proce-  
di potest ex abrupto, & juris ordi-  
ne non servato, ut in notoriis. Ex

C 2                      tali

---

61.) Tota hæc doctrina habetur in C. 16,  
de Accusat.

tali apprehensione tamen non resultat plena probatio : unde Judex non potest statim devenire ad sententiam condemnatoriam : sed facta per Ministros relatione in Actis Curia, si deprehensus mox coram Judice confiteatur Delictum, potest condemnari non datis defensoribus, nisi petantur. Imo contra deprehensum in flagranti juxta multos non requiritur sententia pro executione poenae ; requiritur tamen aliquod Judicis Decretum. Hæc multo magis vera sunt, si delictum committatur coram Judice pro Tribunali sedente. Si vero deprehensus negaverit crimen, potest duci ad Torturam, quando grave est crimen, facta prius confrontatione cum testibus, qui illum viderunt. Si opponat exceptiones E. G. se occidisse, sed ad necessariam vitæ suæ defensionem, ad tales exceptiones examinandas proceditur modo infra dicendo. In quibusdam locis severa statuuntur Edicta contra vagos illos, qui passim vocantur Cingari ( Zigeuner ), hi si deprehenduntur, censentur juxta illa statuta deprehensi in flagranti crimine, ita ut sine strepitu Judicii mox trahi possint  
ad

*De modo pertrahendi &c. 37*

ad ultimum supplicium, quod ipſis minantur publicæ columnæ in hunc finem erectæ. Fatendum tamen eſt, talia Edicta executioni dari non debere, niſi hujusmodi homines de capitali crimine confeſſi vel convicti fuerint: aliæ tamen pœnæ locum habere poſſunt (62.).

§. 33. Hos modos trahendi Crimi- *Diverſus*  
na in Judicium, ſummopere ſibi com- *hic mo-*  
mendatos habeant Judices Crimina- *duſ mox*  
les, diverſamque pro ſingulis proce- *notandus*  
dendi normam exacte cognoſcant. *in Actis.*  
Mox enim, quamprimum de Crimi-  
ne cognitio incidit, in Actis anno-  
tandum eſt, an Proceſſus Inquiſitio-  
nis, Accuſationis &c. iſtituatur: abs-  
que hac ſingulari determinatione,  
confundi, turbari, ac præpoſtere  
agi omnia neceſſe eſt, ita ut demum  
totus Proceſſus multo labore ac tem-  
poris diſpendio formatus, ſi ad aliud  
Tribunal, vel Juris- peritorum Ju-  
dicium deferatur, tanquam nullus  
& irritus rejiciatur.

C 3

TI-

---

62.) Vid. Reſponſum Facultatis Ingolſta-  
dienſis apud D. HERMANN. DE CLIN-  
GENSPERG Cons. Crim. Tom. 2. Cons. 4.